

alij pravi, & alij iusti, cogitantes iudicium aucta qualitates cordium. Unde demonem iusti cogitant operturam virtutem, & demones Pharisei Christum abominantur uti demonem; quia hi dilexerunt malitiam supra benignitatem: illi vero propter virtutis formam benignitatem supra perfidiam malitiam. Iuxta cordis dispositionem in virtutes & vitia, proferuntur a cogitatione verba: quare cum ex diametro averfa Phariseorum & Christi affectarum corda; qui boni malum existimant ut bonum, & iustum improbi cogitant diabolum. Quid mirum, si cogitant? Ipsi ex patre diabolo erant.

12. Exposito à Christo per Eucharistiam miraculorum maximo; dixerunt quidam: *Durus est hic sermo.* Ad huiusmodi audita non est patientia. Unde multi discipulorum eius abierunt retrò. Tunc ad duodecim dicit aperte. *Nunquid & vos vultis abire?* Petrus Petrus respondit: *Domine ad quem abimus? Verba vite eterna habes, & nos credimus & cognovimus.* Singulares prorsum hominum opiniones! Eadem verba & eodem modo à cunctis audita; sed cum diverse essent in illis inclinationes, iuxta fastidium vel affectionem pectoris: alij dicunt loqui grandia & celestia, alij verò nugacissima & fatua. Vividius Nostrates: *Unos dicem, quæ dice divinitas; otros fundezes.* Variam sententiam hominum à tædio vel favore sumentes iudicium; quin cognoscant sensus depravati errorem, qui qui reliquerunt fidem, tenaciter adherentes semel concepto proposito, atque corrupto iudicio: epi dem Christum dum celestia illis declarant; dicunt inverecandè procaciter, quod delirat. *Sciens Iesus, quia murmurarent de hoc discipuli; dixit eis: Hoc vos scandalizati? Proh dolor, ac hominum furor! Quod cunctis, etiam celo, prodigium, vel discipulis scandalum? Ita miraculum percussit mentem, quod erumperet in admirationem.* Mirum in stuporem mover, ac detractionem expellit. Iuxta iudicium suggesta cogitatio, iuxta inclinationem cogitationis locutio. Ne in murmurationem exeat, quod Angelicas intelligentias in stuporem invitat: etenim ex miraculo scandalum, indicat pravitatem inclinationis cordium. Hoc insignis fidei amor.

13. Studium garrulorum loquacium in his iudicijs exponitur; ut constet quibus illis scandala oriuntur. Cognoscitur improbitas, in quam illos trahit curiositatis maligni-

tas: pravum utique pectus, cui scandalum ex virtutibus: etenim otiositatis cum garrulitate molimen nonnquam præcepit in inanum iudiciorum temeritatem. *Eò autem magis te terreo ab isto morbo; quod non potest tibi contingere aliter* (inquit Senec. Epist. 40.) *quàm si te pudere deserit. Summa summam hac erit: tardiloquum te esse inbeo.* Laute quidem fratres germani multiloquium & peccatum. Apud Thracos otiosum esse, habetur pro honestissimo: ait Herodot. lib. 5. n. 2. & Ravif. Textor. 7. Offic. cap. 48. E contra Draco prior Solone Legislator Atheniensium, statuit; quod morte etiam multarentur, quicumque otij damnati essent: ait Plutarch. in Solon. Vitam crudele decreverunt, sed habet à prudentibus suffragium. Si mors inferitur per gravissimum vitium, quippini per genitricem vitiorum? Qualibet ab otio arrepta notitia, garruli tendunt in linguarum otia, negotia demonum, vulnera honorum, auctoritatis exauctoramen, venerationis nigredinem, navum pulchritudinis, lituram dignitatis, rela ignea diaboli, virus basilifci, quibus malis scabiosus prurit animus, nec est qui se abcondat à calore eius: igitur qui inter illos malignior, plauditur ob ingeniosior. *Plenus est sermonibus* (ait Bernard. de Gradib. superb. cap. 10. & 13.) *inventâ occasione loquendi, vetera proferruntur & nova. Volant sententia, verba resonant ampollosa. Quæ sententia? Quæ utilitate? An solâ curiositate? Cum autem pulsat signo necesse est interrumpi colloquium, querit licentiam (si querit) ut ad fabulas revertatur post boram, non ut quemquam adficeret, sed ut scientiam iactet. Dicat, si audiat, rivum vanitatis, flavium scurrilitatis; ita ut severos quoque & graves animos in levitatem concitet rivas. Nescio, sed odor, an hocine intuitu Seraphicus Franciscus otioso dixerit: *Frater mæsta, Musca intra fila aranearum, dum libertatem intencat, magis se implicat, & intricat. Haud perficit, ni volaret: haud in tota retia caderet otiositas, ni haberet alas. Garruli adinstat muscarum molesti sunt, permiosii sunt: Musca morientes perdat suavitatem anguenti.* Quæque tangunt coinguant, pretiosiora maculant, ita malignitate praditi, ac curiosi otiositate corrupti; ut dum ut proscindant, fugiunt fila, magis implicentur intra retia, experimentes verbis pravitatem cordis: etenim hinc inde volantes & advolantes adherent araneæ filis. Pingit suis coloribus Tacitus 1. Hist. cap. 85. & 2. cap. 52. *Maligna cura in omnes, quos nobilitas, aut opes, aut aliqua insignis claritudo in omni-**

Senec.

Herod. Idem loquacitas & iniquitas.

Plutarch. Cur mori additus, qui vagatur otiosus

Bernard. Fere loquax

Pisus lib. 7. Cur musca adinstat. Eccl. 10. 1.

Tacit.

bus oblecterat. Unde plena omnia suspitionum, & vix secreta domuum sine firmidine. Custodire sermones, vultum habitumque trahere in deterius: convitijs postremo ac probris causam vel initium cædis querebant. En otiositatis, filia & neptis officia: eunctorum ibi iugularum fama, suffocatur auctoritas, blasphematur dignitas, *Victa iacet pietas.*

Ovid. 1. Met. fab 4.

Sunt cæci & deliribus desectibus offectibus. Matth. 17. 15.

Oraculum ridiculum. Malol.

Quodcumque vaxun verbum cogitant tanquam oraculum.

14. Quid ergo dicendum de huiusmodi maledicis? Quod ægroti? quod deliri? Qui morbo laborant aërâ in palcis serpentes vident, rectè arbitrantur videre, quin cognoscant errorem ex cæcitate. Qui in orbe Lunæ (defipientia Priscorum fuit) habitant, oculos habent præter communem modum, portatiles ad nutum. Lucian. lib. 1. *Hæstor.* oblique intuentur, rectè nil vident. Sequitur conditionem, qui malignè emulatur curiositatem. Delirus est, dum contrarium ipsis visis spectat: orbem Lunæ in tercis habitat: igitur si ab illo non videtur quod videtur; lunaticus est & male patitur. Sua ignorat & propriam cæcitate adinstat Heli (de quo alibi) in visione declarat; siquidem tantum videt iuxta quæ cogitat, vel iuxta quæ casus voce vel rumore advectat. Singulare oraculum erat in Achaia (de quo nobis in Ephemerid. 18. Jun.) ad itatum Mercurij, loquentis sine voce. *Consulturi accedebant* (inquit Maiolos, Tom. 2. Colloq. 1. pag. 361.) *& accessis lucernis, & patrio numismate deposito in dextera simulacri, quod requirebant in aurem status insuffurabant: moxque auribus suis utrisque obturatis, à foro domum properabant, cuius egressi limites, quancumque vocem subit, reclusis auribus primò excepissent, tanquam à simulacro emissam amplectebantur.* Vivide in huiusmodi infantia exponitur detrahentium linguarum locutaleia, ac pruritus in otiositate efficiendi quodcumque occurrerit, & casus in fidem dederit: quandoquidem in suffuratis volitis, sine lucernis accensis, cogitationis cum demone scabie consultâ, ac à veritate aure penitus obturata; patent aures ad vagas fuitiles voces, sine connexione ulla nisi ad ostentationem loquacitatis, sed patente vacua mente ex ridicula atque risibili fide: etenim quodlibet vagè volatile verbum, quod rationalitatis debet haberi ludibrium; ab infantis & otiosis celebratur uti oraculum. Audiatur Seneca. *Nil tamen aquè proderit* (ait Epist. 105.) *quam quiescere, & minimum cum alijs loqui, plurimum secum. Est quedam dulcedo sermonis, qua irrepit & blanditur, & non aliter quam ebrietas aut amor secreta producit. Nemo quod audierit,*

tacebit. Qui rem non tæquerit, non tacebit auctorem. Habet unusquisque aliquem, cui tantum credit, quantum ipsi creditum est, ut garrulitatem suam custodiat, & contentus sit unius auribus. Sic quod modò secretum erat, rumor est. Nocens habuit aliquando latendi fortunam, nunquam fiduciam. Discat prudens & imprudens, quæ sint vitiorum & calamitatum genitrices, & abortus otiositatis, curiositatis, ac garrulitatis: etenim ut ait Theognis in Parænes. v. 70. & Auson. Lud. Sapiens. in Pittac.

Loqui ignorabit, qui tacere nescit. Tattus tacere, quam loqui.

Senec. Conversatio nisi periculosa.

Auson. Theoga.

DIDASCALIA VI.

Virgo Maria singularis spes nostra.

1. O Virginum Virgo! Quibus te laudibus essetam, nescio. Cæli terræque fulges honos. O facies oculos nata tenere meos! *Gaude sacrum Christi delatram, pulchritudinis atadem, virga Aaron, radix Jesse, sceptrum David, regium indumentum, sanctimoniam solum, manifestandorum rationalis, typus virginitatis & gratiarum corona.* Ita plaudit German. Consultant. Orat. in Nativiti. Virgin. Meritò corona gratiarum in humani generis dulcissimum commodum: igitur illi summus splendor diadematis ex gratijs homini ambrosiè collatis. *Thesaurus* (dicitur Maria à Richard. à S. Laurent. lib. 4. de Laudib. Virgin.) *quia in ea uti gazophylacio repositus Dominus omnia dona gratiarum.*

Elegia Virgini. German.

Cur gratiarum corona

Richard. Val. Flac. 3. v. 16.

Præteritum pro future, & verbo mentali.

Tibi enim Superos data Virgo facultas. Imò contra Superos, iurè in homines iratos propter criminum provocacionem, ut ex albis vibrent in vindictam fulmen: equidem cum propendat in genus, & internis visceribus favet animus; claret in superos eius insignis potentia, quia vindicam ingeniosè confringit arma. *Novum creavit* (pro faciet, vel decrevit facere) *Dominus super terram: dicitur per Ieremiam: hoc est, Femina circumdabit virum.* Hebr. *Circundabit viram bellatorem, Maluend. Creavit rem novam in terra: Femina circumgrabit prævalidam.* Prævalidus est, qui semper valet: quomodo ergo modò femine cedit? Dicit causam contextus. *Uxquequod delictis dissolvoris filia vagat* Galatin. lib. 7. *Arcan. cap. 14. Quousque infantes filia apostatrix?* Genus hominum hic signatur criminibus dissolutum,

Ierem. 31. 22.

rum, ob qua divina iustitia educit gladium: apollata enim ed devenit insaniz, ut deficeret a fide; quapropter ut prevaleret cruciatu transgressorum spreta lex, legisque præcipuum indutus est Dominus fortitudinem & præcixit se. Quis ergo irato resistet? Fœmina quæ illum undique circumgyravie. Validum utique verbum, ad exprimendum Virginis patrocinium. Qui undecunquæ vallatus, estò fortis, in votum non habet exitum; naturaque humanâ, dissolutione morum irridente Deitatem, Virgo circumdat transgressionum vindicem; ut fugiant à facie arcus, qui prolapsi in scelus: igitur ita iudex circumvallatus à Virgine; ut in criminum ultionem non possit egredi. Novum quippe est vincî a fœmina viri virtutem; sed maius quod virtus in illa collocet novitatem, qua de causa nova dicitur fœmina, ab illa de vindice parâ viribus victoriâ: siquidem ita circumgyrans prævalidum vicit, ut ad supplicium nullo modo prevaleret. Pende. *Delitij filia vaga, insana, prævaricatrix.* Huiusmodi naturæ rebellis audacia exposebat, ut saltem compesceretur, supplicia; sed Virgo circumdans vindicem intervenit: quæ quidem amplexum ita in veniam inclinavit; ut naturam degenerentem, prævaricatricem pœssimam, qui iustitiam in illam commotus, respiceret tanquam filiam.

3 Alio ductus describit articulum Valer. d. lib. 8. à v. 353. — Fluctu puppi labefacta reverso Soloitur, effunditurque viros, ipsumque minantem. Ibat & arma ferens, & stridum naufragus ensem Puppibus: ast inter tantos succurrere fluctus Nulla potest, aut ulia velit: quotiesque propinquat, Tunc aliud rursus dirimit mare: iam tamen errat, Iamque abis, fundoque iterum violentus ab imo Erigitur: sed fluctus adest, magnoque sub altis Turbine fixit aquis, & tandem virgini cessit. Abscessit tandem, vanaque recedit ab ira & tant. de clude ratis.

Gladium stringit iustitia divina propter hominum scelera, navigationium in hoc mundi mari magno & spatiofo, ubi reptilia quorum non est numerus, hiantia in prædam quam obtulerit casus. Navis vita per aquas tribulationum amaras vehitur, & etiam trahitur, exposita naufragio sine lege gubernaculi, quo vagator sine lege, verberata fluctibus cupiditatis, insana prosperitatis deceptoris velis turgidis, impulsâ in scopulos ut frangatur, vel hærens fabulo, ut sine motu qualiter; peractæ vitæ navicula sine ulla spe dehiscentium tabularum, ut navigantes sumergantur in profundum. Urgetur cam noxa iustitia. Ibat & arma ferens: quotiesque propinquat, desperata ex periculo salute; tunc aliud rursus dirimit mare. Micat in libertatem stella divinâ premente iustitia? Ast inter tantos succurrere fluctus, nulla potest, aut ulia velit. Iam tamen navis errat: iamque abis, fundoque iterum violentus ab imo erigitur: sed fluctus adest, magnoque sub altis turbine fixit aquis. Iam penè submersa, quia vindex scelorum prævalidè opprimit. Erit naufragium? Neatiquam. Naufragantes Virgo respicit. Crimen illos in exterminium commovet, iudex urget; sed tandem Virgini cessit, frustrato discrimine, naufragos Virgine. Matre ita in extremis iuvante; ut ubi submergendi transgressores fractæ legis, fracta naufragaretur excanescens ira iudicis.

De Myrtilli scuto, illum protegentem & salo & solo, quia vulnera pugnans clypeo eluist, & naufragus super illum evasit, dicitur ab Alciato Emblem. 161. Auxilium nunquam desiciens: & à Leonida Epigram. Græc. lib. 1.

Effugi geminum clypeo discrimen in uno Myrtillus, & pugnans fortiter atque natans.

Munus scuti plus refulget in Maria: mille clypei pendunt ex ea. Clypeus est aureus (ait Richard. d. lib. 10.) in quem refulsit Sol divinitatis, protegens fideles. Vulnera hostes insigunt iaculis igneis, ut in certamine exurrantur homines. Hand cessant, estò pugnam corda fugiant; quippe in terris si pericula vulnerum, in mari patet naufragium, quo perire vita, ni in portum occurrat tabula. Auxilium in Virginis nunquam deficit scuto, sit in solo, sit in salo; ut eludantur ex certamine vulnera, ac in naufragium procella: igitur gratia singularis Virginis semper rebus desperatis. Adoravit Græcia Deam, quæ Paregoron, idest Consolatricem, nuncupabant: ait Paulan. cap. 41. Hanc adinstar Mineræ cum scuto pingebant. Adi Stuck de Sacrific. Gentil. n. 47. Elucet in Maria, quicquid Græcia mendax audet. in historia. Consolatricis mæstorum, desolatorum, desperatorum, dolentium: plauditur ab Hippol. Marrac. in Marian. Polyantb. lit. C. Gravanti molestia catenarumque ærumne humana corda? Adest Paregoros Dea, Mœssi, desolati, desperati,

quo

Stella in naufragio.

Bernard.

Que dona per illam

Sophron.

Souf.

Psalan. 4. 10

Psalan. 77. 53.

Leonidæ

Auxilium Virginis rebus desperatis.

Pausan.

Marrac. Spei desperantium.

dolentes in Virgine nanciscuntur solatium, quippequam habet in cunctas afflictiones fecutum. Omnia facta est (ait Bernard. ferm. de 12. Stell. n. 2.) sapientibus & insipientibus copiosissima charitate debitorum se fecit: omnibus misericordia suam aperit, ut de penitentibus accipiant universi: captivum redemptionem, tristis consolationem, peccator veniam, iustus gratiam, Angelus lætitiæ. Invenit enim coram Domino gratiam, & omnibus distribuit uti mater quod invenit. Talibus enim decebat Virginem oppignorari muneribus ut esset gratiâ plena (ait Hieronym. seu potius Sophron. in Assumpt. Virgin.) quæ dedit cælis gloriam terris Dominum, pacemque fidem Gentibus, finem vitij, vitæ ordinem, moribus disciplinam. Metrice Mellius Soula de Virgine, concept. à 71. Stella mari; lux clara polo, regina beatis Cælitibus, tu chara Deo, tu sponsa parentis, Virgo parens Christi, nostra spes alma salutis. Prodigij misera solvens erga stula plebis.

4 Spes nostra iurè in nostram salutem plaudetur, & plauditur; quia salutem homo per illam consequitur. Maiora latent in Virginis patrocinio & nostro commodos, quippe per illam singulariter in spe constituitur nostrum cor. De Domino, cum filij Israël essent sub tyrannide Ægyptiorum; dicitur: Eduxit eos in spe, & non timuerunt. Impossibile videtur: spem nonnumquam conicitur timor; aliàs gaudium plenum esset, quod spem prorsum excludit. Quomodo ergo non formidant; dum libertatem è captivitate expectant? Quia spes erat singularis, in mari suffocatis omnibus inimicis. Timor spem conicitur, quando frustrari timetur, & cum Deus stabilis in donis, nec immutetur in gratijs, in quas ingenitus ducit amor; sociantur spes & timor: igitur ita populus afflicti in Numinis patrocinio concepit securitatem; ut in gratiarum spe socium spei eliminaret timorem. Spes sæpe timore plena, quippequam irrita confunditur per contraria: quia potest esse & abesse, quod operatur à corde: timorque in huiusmodi spe de libertate repellitur; igitur spes singularis non confunditur: quippe cum firma promissione, quæ substituitur pro gaudio; in expectatione habetur, quod cordicis expectatur. Libertate concepta, ubi timor expellitur, quem ingereret diritate tyrannus; spe exierunt, & nequaquam in timore formidarunt: etenim ut in spe nihil inesser formidinis; viderant aquis suffocatos hostes. Patet è sententia votum. Eduxit eos in spe, & non timuerunt;

Bernard.

Sophron.

Souf.

Psalan. 4. 10

Psalan. 77. 53.

Que spei singularis?

Pausan.

Marrac. Spei desperantium.

spes erat singularis sine timore; quia collocati in spe, spe iam erant educi. Non timuerunt. Cum huiusmodi spe, sine timore erat tribulatum cor, estò in illos Ægyptiorum grassaretur furor atrepidant timore, ubi non erat timor; timorque foras mittitur, ubi à Numine libertas spectatur; quippequam dum sperabant, iam libertatem habebant. Misericordia promptam spes bona prestat operam.

5 Spes nostra merito plauditur Virgo, sed singularis spes. Spes desperantium, quæ spem abiecerunt. Spes firma, in patrocinij immota. Spes inelyta: inquit Damascen. in Parall. Virgin. Epitren. Thren. Mar. & Martin. de Magistris in Salvo Regina Quomodo spes stabilis, cuius coluina quatit ab impulsu timoris?

Palidulo semper te preat ore timor. Sanè per timorem spes communis est mobilis: in Virgineque spes dicitur stabilis; quia ubi per illam gratia avidissime expectatur, ut concessa possidetur. Nunquam confusus vultus Virginis, accedentis ad thronum Deitatis. Commune spei, non habere quod expectat: spes inelyta conditionem mutat, quippe expellit timorem ob gratiarum certitudinem: Virgoque non solum colitur ut spes nostra, sed ut spes singulariter inelyta; quoniam quod per alios spes afflictorum cordium, contra spem spes est gaudium. Sunt in Virgine singulares, quæ cum alijs virtutes designantur ut communes. Profecto, quippe implicatorum, donum insigne, spem spem proculcare. Impossibile pignus, esse in spe qui desperatus: & cum in hocce tribulationum anfractu spes tantum mater Virgo: fulget ubique patrocinij inelyta, gratiâ ultra spem conferenda: etenim in spe gaudium plenum, summum bonum, quod fit spes desperantium. In articulo profecto claruit Virginis protectio: pende. Desponderunt animum filij Israël arcæti & mari & hoste. Non erat exitus nisi in mortem; estò ultima cogitaretur salus, nullam sperare salutem. Vias omnes obsederant (inquit Ioseph. 2. Antiq. cap. 6.) quibus effugium Hebræis patere poterat inter rupes & mare conclusi; atque ita, nec fuga quidem spe relicta, Hebræos mare inter & montem obsidione premebant; oppositis armis; quæ exitus. Quid tunc pro desperatis Moyses? Orabat, quin illa audiretur vox. Dixit Dominus; Quid clamas ad me? Dic filij Israël ut proficiantur. Quæ Domine, vel quod? Non est exitus. Vel iugulandi, vel summergendi. Neurum. Eleva virgam, ut gradientur in medio mari per sicum. Quid in anticipi periculo virgæ elevatio? In virga Virginis figurabatur

Alcia. Embi. 4. 1.

Unde Virgo spei nostræ singularis?

Claud. Mianob. ibid.

In ea spes gaudium

Ioseph.

Exod. 14. V. 16. Assumptio eius in caelum.

lam, nobis periculorum effugium.

assumptio: & ubi Virgo elevatur in caelum, neortquam est in periculis periculum. Desperata tunc concta, sed incluta spes in virga: siquidem ubi Virginis typus, vel in angipor- tu ad salutem erip exitus. Desperantium est spes, qua in respiratione pressum allevatur cor, nauciscens quod quibet optari, sed non conseqi: & ubi per tot discrimina rerum desperata salus, felix obtinetur exitus; igitur ita potens, ita in pericula valens, ut iter inveniretur ubi naufragium, & via plana, ubi non erat effugium. Ubi Virginis imago, securitas ex periculo, salus ex inimicis, exitus ubi non exitus; quoniam pervium ex obicibus. Ita, cognitis periculis, Aegyptiorum premebat tyrannus; ut nec spem relinqueret periculis Hebrais. Inter milleum & incudem quatiebantur; quoniam virga elevaretur: virga est versus caelum elevata, & patuit conclusis sine expectatione via: siquidem ut desperati timerent tyranno servitutum, incluta spe adepti sunt libertatem; pergentes in medio mari per secum, quod sepulchrum persequuntur.

V. 10.

6 Perferenda antilogia. Videntes insuperabilia impedimenta ad libertatem, qui exiit; *timuerunt valde*. Quomodo confonum, *Eluxit eos in spe, & non timuerunt*? Quia exitus non soium in spe fuit sed in singulari spe. Spes est excutiendi periculum, ubi aliquod exploratur subterfugium. Spes singularis, ubi evanescit spes; quippe insignis singularitas, in discrimine securitas: & ubi vaide timeates exitus, formidantur, in timore non timuerunt; quia visa elevata virga (Virginis umbra) in pericula imminetia: etenim sine illa merito formidandum, ubi in effugium nec habebant exitum. Non timeraat timentes; per umbram Virginis. Debeant timere discrimen indeclinabile sed non timuerunt ingruente periculo timendo, ubi Virginis imago: equidem cum spes singularis sit, ubi non datur spes; ex sola expressa in protectionem imagine, spes cordium facta claruit in ipsa desperatione. Est timor spei, & timor periculi.

Spei incoert a fatigat.

Mart. Cap.

Ubi singularis; nec timor eius timendus, quippe periculi occasus: & ubi spes in Virgine, non est timor in timore; igitur profert ex periculo exitum, ubi alij atque alij tantum offendunt periculum. Hoc timendum sine Virgine:

Mantuan.

Spei quoque semper inops, semper subunda futuri.

7 Alia cogito in spei Virginis singularitatem, potentis in protectionem conclusum a periculis, ex obvijs undique malis.

Ubi illius presum amor, expellitur timor.

Unde quidam apud Ravif. Textor. *Epi gram. 1. accinit: Virgo tuum generis nostri est defendere causam, Ne miserum futanas devoret ore pecus. Seducit amon, stimulat caro, mundus adurit:*

Ravif.

Solus ego nequeo belligerare tribus, Hinc arbitror dixisse Sponsum: Averte oculos tuos a me, quia ipsi me avolare fecerunt. Maluend. Circumgyra oculos tuos a presentia mea. Si ex aspectu Virginis complacencia luminis: quomodo optatum gaudium ex aversione oculorum? Habet tunc ex matris aspectu gloriam; sed indicat quantam apud eum inveniit gratiam. Averte oculos tuos a me ad fratres meos (interpretatur Novar. in *Unar. virgin. cap. 53. n. 2713.*) *ne claudas illos, sed averte a me: transfer maternam pietatem a me in meos. Non tue pietatis, videre miseris, & avertete oculos. Ne claudas: quippe illos non respicias, ni respicias: non possum respicere, quod non potest a respici: etenim duntaxat per tuum respectum relegabitur supplicium; comitabiturque gratia, ubi converteris lumina. Averte a me, & ad illos converte: igitur si videris, amplectar fratres, quo persequor tanquam hostes. Fave, & illos respice: vadam ad illos; quippe aditum praesens, ubi converteris oculos. Favor in oculis sedet. Quod gratum, cor nimis videre gaudet. Homines ubi flagitia oculis Domini ingrati. Virgo gratissima Numini: oculis loque Virginem iubet dirigere in homines; ut possit favere sine obice ingratitudinis: etenim cum Numen, quod velit, ducant lumina Virginis; nequit gratijs non favere, quos ingratos grate dignatur Virgo respicere. Duceat ab oculis Virginis, ubi sunt homines provocantes in vindictam, & arque demerentes gratiam: illos incendit gratijs ab iniquitate revocare, modò dignetur Virgo in acceptionem respicere: igitur convertit Dominus oculos in gratissima dona, si Virgo ad illos grata converterit lumina. Eia ergo advocata nostra illos tuos misericordes oculos ad nos converte. Ut nos videat Numen, vide: siquidem si absentem oculis trahis, Deus adveniet continuo in pectora, si respexeris.*

Cant. 6.4: Maluend.

Novar.

Virginis aspectu ubi benedictionibus.

Tu facts hoc, oculique tui, quibus igne coadunt Ovid. *Epi 29. v. 57.*
Sidera, quae flamma causa fuerit mee.
8 Hoccine stylo signatur (ut observat Sanctiùs hic n. 10.) vi amoris in alium vehementer rapi. Super federe coeptis, propter amorem ad optata trahentem, iustitia

Ovid. Epi 29. v. 57.

Senec. Oedip. v. 495

Dej

Perillam Deus peccatoribus parit. Aben-Ezra.

Maluend.

Genebr.

Ex eius existentia maxima Domini gloria.

Errantes in viae ducit.

Desperator erigit.

Senec. Oedip. v. 495

Dei vehabatur in crimen, quo ad hominibus sepe irritata in ultione. Sedebat Deus indicans terram, intendens in maiestatis vindictam: & cum Virginis rapiatur oculis, in peccatores benignissimè intentis; ut hoc respexit Virgo, ductus amore avolvit a negotio: equidem ita attracta à Virgine Numinis lumina, ut oculos levaret ab ultione cogitata. *Acolare me fecerunt oculi, qui potentiores sunt me* (subdit Aben Ezra) *mibi robar & dominationem adimunt: liquet, etenim tament coram habeat hominum iniquitatem, nil aliud videt quam Virginem. Exortorque Virgo dulcissimo aspectu, contra qua decernit, maiestatem dominatio: potestatemque admittit, dum peccatores respicit; quoniam per eius oculos gratiam, gladius iustitiae converterit in vaginam. Averte oculos tuos a me, ut audacia hominum sine supplicio non sit: igitur si respexeris, manus potentes ligabis; quoniam nil video in hominibus plendum, luminis copia coruscatione luecunt. Acamen est Genebrardi hic in *Exposit. metric.**

Tuos oculos paululum Hinc in latius convertito: Nam me retrosum transvevit Horum micantes flammula.

Alij legunt: *Ipsi me superbiere fecerunt, gloriosum exultare pra amore & gaudio.* Nil mitem; magnificat anima Virginis Dominum: datur enim ab illa insignis gloria etiam in gloria summa: equidem maxima Numini gloria, quod fecerit ita perfectam & gratijs ornata Virginem; ut propter illam praetereat totum orbem & errantem. Proposito primario respondeamus. Oculos (dicit Sponfus) à me averte, & homines vide. Per te ad me venient, quos hostes anima & decipiunt & decipient. Respice illos, ut me respiciant, & per te recipiant gratiam: etenim in conversionem cordis, cum spes non sit ex illis; spes remanet si respicis; ut grata sint corda, quorum in ultione satagit actus iustitia: quippe quom cum per te iam sit spes, per te profectò qui errant & convertentur ad cor. Per Virginem? Eius scilicet declarat Numen excellentem potestatem. Claustra est iam pietatis ianna, quia desperati homines corrunt in crimina. Non est spes reverfionis, ni ad illos convertantur lumina Virginis: & ut parcere valeat, dicit quod Virgo lumen ad illos convertat; ut cognoscant per promptum latini auxilium, quod Virgo mater fulget spes desperationum.

Lucidum caeli decus huc ades votis. Vultu sideris disjuncte nubila, Huc adverte faventi virginem caput. Tom. VI.

9 Elucent in genus gratiarum dona Numinis intercessione Virginis sed promere restat. Quid sit spes singularis. Haud plene dictum, quid sit. Arbitror, propter spem in Virgine, esse omnino sine spe. Unde sic sine spes nobis, si nobis nobis spes? Erius dum eius uberius auxilia nitent, sicut & ceteri qui spem non habent. Nullo modo, sine spe sumus, ubi nobis spes Virgo. Ita in illa spem habemus, ut non habeamus spem; igitur ne spem habeamus, spem habemus. Prompta ac velox per illam gratia, nescit nostris vocibus molimina: & cum per Virginem perniciter faveat Dominus; in illa & per illam speramus, ne speremus. Quisquis illius patrocinium expetivit, mire contra spem in spem credidit. In spem, quia per Virginem in gratia obtentum erigitur: contra spem, quippe gratiam statim sperando consequitur; & spes in spe non datur, si quod modo expectabatur, sine expectatione habetur. Dicit Paulus: *Spes autem qua videtur, non est spes: nam quod videt quis, quid sperat?* daturque in spem spes per expectationem, contra speculationis ingenitum conditionem; quippe ubi spes eius intervenit concipitur, de gratia optabili consequenda; apparet gratia, qua gaudet in dono cor, & evanescit spes. Spes est, qua quis ad id quod credit se perventurum presumit. Perperam spes, si sperando in Virgine, iam pervenit: igitur illicò consequitur presumptam gratiam, ubi ad consecutionem in illa collocavit sine timore fiduciam. Hinc spes contra spem creditur, quia apparet quod expectatur: & non expectatur Virgine intercedente, quod expectandum concipitur corde; quia rerum sperandarum elucet Virgo mater argumentum apparentium. Habes enim in patrocinio Virginis, quo

Spatto brevi Spem longam rescies.

Gloriosa enim spes in eius gloriam, indicans Mariae excellentiam, notitiam fiduciam: per illam enim gratiam expectamus, ne expectemus.

10 Aptè verba Doctoris Gentium, *Pit vivamus in hoc saeculo expectantes beatam spem.* Spes & beata, difficile profum, quia spes non ingreditur in beatitudinis regnum. Si beata, spes non est, si expectamus, spes adest: quomodo ergo dum cor avide expectationi fuder, erit spes & non erit? Litera liter, Tom. 7. T. 5. ad illud 2. Machab. 15.

Confidebat cum omni spe; quippe ubi gratia sperata comes aviditatis, est spes, verum non omnis. Huiusmodi conditio spei duntaxat invenitur in terra, patrocinante Dei

Quomodo in illa spes est sed sine spe

Rom. 4. 18.

Cap. 8. 24.

Horat. 1. Carm. 11. v. 6.

Tit. 2. 13.

Spes beata

Eff

pa

pāra. Hinc spes beata : in beatitudine non est timor amittendi felicitatem : & in Virgine spes, beatitudinis sequitur conditionem; quoniam si ad Dominum dirigitur oratio, ac intervenit Virgo, donum obtinebitur gratiæ, sine timore repulse. Spes perfectò beata, quæ effecta apparet gloriosa. Gratia utique decus, dum spem expectantes non expectamus: equidem cum sit gloriosa, & comite gratiæ quod expectamus habemus; *Gloriam spei* Hebr. 3. 6. *ferman*, vocat Paulus. Ex firmitate gratiæ, est gloria protectionem claripienti.

Stār. 1. *Thebiv. 322*
Gloriosa & *caelestis*

Coloss. 1. 5.

Spis anxia mentem
Extrahit, & longo consumit gaudia voto.
Auxilium Virginis non consumit, sed fructiorem auget: equidem cum sit gloriosum, expectatum sine expectatione patrocinium; habet spes gloriæ in gratiam firmitatem; quippe nacta (ne sit spes) Virginis intercessionem. Implicationem terminorum dissolvit in nostrum propositum Doctor Gentium. *Gratias agimus Deo, propter spem, qua reposita est vobis in caelis.* A caelis spes arceatur; ni de Virgine, quæ Dei celum, exponatur; ut plaudunt Ioan. Geometr. *Hymn. 2. Anselm. Hymn. 1. & Damascen. de Dormit. Virgin. orat. 2.* In celo ergo Virginis, ubi thronus gratiarum, spes reponitur hominum: diciturque spes collocata in celo, quam suscipit Mater Virgo: propter infallibilem concessionem, charismatum promptitudinem: etenim quisquis egenus spem in illa reponit, vota statim obtinebit; quippequam



TAU.

TAUTOLOGIA OCTAVA.

Epistola scripta erat Syriacè, & legebatur sermone Syro.
1. Efdr. 4. v. 7.

EXPOSITIO LITERÆ.



Activā tribu Iuda, & Benjamin, Sacerdotibus & Levitis, sub tyrannide Assyriorum in Babilonia; impletus est septuagesimus servitutis annus, extra cuius terminum cum exterminio Regis & Regni, promiserat Dominus, excutiendum grave iugum. *Ierem. 25. 12. & Daniel. 9. à v. 2.* Capta est ergo civitas, derivato Euphrate in foream pifcam Nitocris: quo presso & depresso, ficcato alveo invasit, expugnavitque Babiloniam Persarum exercitus, sub Cyro & Dario Medo, Cyri avunculo.

Quomodo capta à Cyro Babilonia.

Ita ex Herodoto & Diodoro Siculo. Ioann. Freinshemius in lib. 5. cap. 1. *Curt. de Histor. Alex.* Illa ergo nocte, qua *Saca* celebrabantur inter Babilonios (de hoc festo diximus in *Ephemerid.*) vel sacra Belo, Deorum inter illos maximo (cum indulgenti genio convivijs, ludis & spectaculis) scito per Cyrum luxu, ut ait Xenophon. 7. *Cyropad.* vel miraculose sicco flumine, ut placer Doctori Angelico, de *Regim. Princip.* lib. 3. cap. 7. vel utroque, iuxta illud *Isaia, 21. à v. 2. Obside Medæ. Babilon dilecta mea posita est mihi in miraculum. Pone mensam, contemplantur in specula: comedentes & bibentes surgite Principes arripite clypeum. Cecidit, cecidit Babilon: irupit in urbem, à Balthasare cogitatam inexpugnabilem, celsi illa ipsa nocte interpretatione scripturæ manus scribentis, monitus à Daniele imminenti, indeclinabilis cladis: Illa ergo nocte interfecit Balthasar, & Darius Medas successit in Regnum.*

Daniel. 5. 30.

His ergo Principibus expugnatus terror orbis, redactamque inclytum Imperium in momenta vana pulveris. Vid. dicta *Tautolog. 6. à n. 35.* Recedit igitur Cyri avunculus in Mediam, cedens Cyro Babiloniam. Tunc temporis monitus fuit à Iudæis, in Assyriorum exterminium à vero Deo retrò seculis designari & proprio nomine. Legit Evangelicum Vatem, & ita invenit prædictum & iuxta rerum eventum. *Dominus Redemptor tuus, qui dico Ierusalem, Habitaberis: & civitatibus Iudæ: Edificamini. Qui dico profunda, Desilare, & flumina tua arefaciam. Qui dico Cyro: Pastor meus es, & omnem voluntatem meam complebis. Qui dico Ierusalem, Edificaberis: & templo, Fundaberis. Hec dicit Dominus Christo meo Cyro, cuius apprehendi dextram, ut subsiciam ante faciem eius gentes, & dorsa Regum vertam, & aperiam coram eo ianuam, & porta non claudentur, & cetera, ut scias quis Ego Dominus, qui voco nomen tuum, Deus Israël. Propter servum meum Iacob, & Israël electam meam, & vocavi te nomine tuo: asimilavi te, & non cognovisti me. Nimirum antequam esses; quia antequam natus, à me nomine Cyri insignitus; ut cognosceres, cum esses, quod Deus ego futura infalibiler annuncians, ventura sine ambiguitate declarans, & nomine signans, in quo elucet & cognitio & gratuita dilectio. Hand aliter explicitis amor à Moyse, *Exod. 33. 12. Praesertim cum dixeris: Novi te ex nomine. Septuag. Novi te præter omnes, & invenisti gratiam coram me. Alapid. Præ omnibus te elegi & diligo, mihi que places. Liqueet ibid. 31. 1. Ecce vocavi ex nomine Beselel. Intuitus, Isai. 43. 1. Noli timere: vocavi te nomine tuo: meus es tu. Signum est benevolentia, familiaritatis, necessitudinis, & singularis amoris: quapropter bonus pastor, ut demonstrat amorem; proprias oves vocat nominationem. Ioann. 10. 3. Plaut. in *Ast. Ar. Act. 4. Scen. 1. v. 35. Te, ne dicat: Nomen nominat.* Taubmann. hic. In signum amoris, Ne dicat**

Isai. 44. à 26. & 45. à 1.

26. 4. sit & nomen n. 10. Septuag. Alapid.

Tom. VI.

Fif 2

Te